UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ephemerologivm Ecclesiastio-Rubricisticum Novum

Halden, Johann Baptist

Brixinæ, 1717

Titulus L. De Dominica II. & III. Octobr: ac Ferijs easdem Subsequentibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39937

Visual Library

TITVLVS L.

De Dominica II. & III. Octobr: ac Ferij[s] easdem Subſequentibus.

DOminicâ II. ac III. Octobris (ſi fiat de ea) Lectiones I. Noct: dicuntur de Script: occurr: II. verò utì notantur in loco, in Propr: de Temp. P. 1. In III. Nocturno dicuntur de Homil: illius Dominicæ poſt Pentec: quæ ſecundùm Ordinem Dominicarum poſt Pentec: Dominicâ II. & III. currentis Menſis occurrit, exſtántque P. 2. in Propr: de Temp: unà cum Antiphonis ad *Benedictus*, & ad *Magnificat*, ac propria *Oratione* ùt ibi. Reliqua ómnia (etiam Reſponſoria) dicuntur utì Dominicâ I. Octobr.

Miſſa de Dominica currente poſt Pentec: utì notatur in Propr: de Temp: cum *Glor: Cred:* Oratione 2. & 3. &c, utì Dominica III. poſt Pentec. *Col: Vir:* nisì currat Octava.

Dominicâ III. Octobr: *juxta Ti*tulò præced: ad fin: dicta, nonn[ul]læ Eccleſiæ celebrant Feſtum Sac[ro]rum ſuarum Reliquiarum, legiti[me] approbatarum, attamen non niſi [de] Licentia Sedis Apoſtolicæ. ùt ibi.

Infra Hebdomadem II. & III. Octobr. Lectiones dicuntur de Scri[p]ptura occurrente. Reliqua omni[a] (etiam Reſponſoria) dicuntur ac [ſi]unt in feriali Officio circa *Officium* ac *Miſſam* eô proportionaliter mod[o] quô infra Hebd: I. Octobr. proxi[m]è præcedentem. *Col. Virid.*

SABBATO ante Dominicam III. Octobr: Antiphona ad *Magnificat* p[ro] ſequenti Dominica eſt: *Lugebat a[u]tem &c:* ante Dominicam IV. autem *Exaudiat Dominus &c.* Col: Vir: ſi [non] fiat de ea, & non currat Octava.

TITULUS LI.

De Dominica IV. Octobr: ac Ferijs eam Subſequentibus.

DOMINICÂ IV. OCTOBRIS (ſi fiat de ea) ponitur in I. Noct: *Initium Libri II. Machabæorum*, ùt hìc in Prop: de Temp: legiturque de eo etiam ſeqq: diebus, uſque ad Dominicam I. Novembr: ut infra. Quòd ſi hodie occurrat Feſtum Duplex, habens proprias in I. Noct: Le-

ctio-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN